

cundum lecturam Azonis, C. *famil. ercisc.* et tenet Bart. in l. *in quartam*. col. penult. D. *ad leg. Falcid.* et dicit probari in l. *etiam*. §. *sed et si non mortis*, D. *de bonis libert.* et cum Bartolo tenent communiter Doctores, ut tradit Alexand. et Jason. in l. *illud*, C. *de collationib.* ubi Jason. col. fin. et approbatur videtur hic opinio Angeli in dict. l. *illud*, quæ etiam fuit Jacob. Batric. in l. *illam*, C. eod. quam etiam tenet Paul. de Castr. in dict. l. *in quartam*, col. 2. et Decius in dict. l. *illud*, col. penult. eod. quod iura simpliciter dicunt, quod donatio inter vivos non imputatur in legitimam, nisi exprimat, l. *si quando*, §. *et generaliter*, C. *de inoffic. testam.* l. *si non mortis*, in princ. D. *de inoffic. testam.* Tene ergo menti istam legem Partitarum, et vide quæ dixi in dict. l. 3.

(4) *Egualdad*. Sumpta est ex dict. l. *illud*, §. *ad hæc*, C. *de collation.* et tunc insurgit inæqualitas, quando unus filius habet donationem simplicem, alter ob causam; insurgeret enim iniquitas, si ille donatarius ob causam conferret, et donatarius simplex non; ubi ergo unus filius habet donationem simplicem, alter nihil, non insurgit inæqualitas, neque collatio locum habet; eodem modo si unus habet donationem simplicem, et ob causam, et alter ob causam tantum, tunc ille qui habet duplicem donationem, confert donationem ob causam, et non simplicem, quia tunc inæqualitas non surgit; ita Angel. in dict. l. *illud*, qui etiam ibi in fine dubitat, quid si donatarius simplex non vult conferre; neque petit ut sibi conferatur, an compellatur adhuc ad conferendum? Et concludit, quod sic, per illam legem; quod intellige quando vult succedere; si tamen nolit succedere, non cogitur, secundum Paul. de Cast. et Decium ibi, et facit l. 29. in *Ordinam. Tauri*: et an sit alius casus, in quo donatio simplex conferatur, vide per Bart. et Paul. de Cast. et Jason. in l. *pactum, quod dotati*, C. *de collationib.*

(5) *Menguar tanto*. Adde authent. *unde et si parens*, C. *de inoffic. testam.* et dixi supra l. proxima, in gloss. antepenult.

LEY V.—De quales ganancias non es tenuto el vn hermano de dar parte al otro (a).

Non es tenuto el hermano, de aduzir a particion con sus hermanos las ganancias, que fiziere por si, que son llamadas castrense, vel quasi (1) castrense peculium, nin las que son llamadas Aduenticias (2), segund dize en el titulo (3) que fabla del poder que han los padres sobre los hijos. Ca, las ganancias que fizieren en alguna destas maneras sobredichas, quier sean en poder de su padre, o non (4), suyas se deuen ser, libres, e quitas de aquel que las fiziere, e los hermanos non han derecho ninguno en ellas. E otrosi dezimos, que los libros (5), e las despensas (6) que el padre diesse a alguno de sus hijos, para aprender alguna sciencia en Escuelas, non gelas pueden contar los otros hermanos en su parte en la particion. Esso mismo dezimos, que las despensas que el padre fiziere, faziendo armar Cauallero (7) a alguno de sus hijos, dandole armas, e cauallero, e las otras cosas (8) que fueren menester por razon de Caualleria, que non le deuen ser contadas en su parte. E esto es, porque los Caualleros quando toman armas, e los otros que aprenden las sciencias (9), non fazen esto tan solamente por pro. de si mesmos, mas aun por pro comunal de la gente, e de la tierra en que bien.

(a) L. 3, tit. 3, lib. 4 del F. J.—L. 7, tit. 4, lib. 3 del F. R.—L. 2, tit. 2, P. 3.

LEX V.—Fratres non confert fratribus castrense vel quasicastrense, neque adventitium peculium; neque libros causa studii a patre donatos; neque expensas in studio factas; neque quod militiæ causa expensum fuit a patre cum eo: concernunt enim hæc non tantum utilitatem privatam, sed et publicam, quæ versatur in militibus et studentibus. Hoc dicit.

(1) *Castrense, vel quasi*. Adde l. 1. §. *neque castrense*, D. *de collat. bonor.* et l. *filia licet*, C. *de collat.* et l. *cum duobus*, §. *idem Papinianus*, D. *pro socio*; unde, et clerici, qui veniunt ad successionem cum aliis fratribus, non conferunt suum peculium, quod in clericatu degentes acquisierunt, l. *sacrosanctæ*, et ibi Bald. C. *de Episc. et Cleric.*

(2) *Aduenticias*. Concordat cum l. fin. C. *de collation.* et limita, et intellige, ut per Jason. ibi quando tractatur de successione patris, quod et satis probatur hic.

(3) *En el titulo*. Suprà 4. *Partit.* tit. 17. l. 5. 6. et 7.

(4) *O don*. Vides hic clarè decisum, quod neque emancipatus confert adventitia; unde cessat dubium, quod tradit Decius in dict. l. fin. ubi etiam Jason. dicebat, quod posset disputando teneri illa opinio Jacobi de Rave. in l. *si emancipati* C. eod. quod dispositio dictæ l. fin. non procederet in filiis emancipatis; approbatur ergo hic contraria opinio, quæ erat communis: et adde Azon. C. *de collat.* in summa, in fin. dum tenet sublatam jam in hac materia collationum differentiam inter suos, et emancipatos, de qua vide per Bart. et Doctor. in l. *si emancipati*, C. eod. et limita nisi respectu donationis simplicis, ut dixi l. proxima, in gloss. l.

(5) *Los libros*. Adde l. *quæ pater*, D. *familia ercisc.* et l. 3. tit. 4. supra, 5. *Partit.* Gloss. et ibi Bart. et Bald. in l. *filia cuius*, C. *famil. ercisc.* Bart. in l. 1. §. *neque castrense*, D. *de collat. bonor.* Cuius distinctio quoad libros, de quibus hic, magis communitè approbatur, prout attestatur Alexand. in l. *si donatione*, C. *de collat.* et pondera verbum hujus legis, cum dicit *dixisse*, ex quo comprobatur prima conclusio Bartoli in dict. §. *neque castrense*, quod si libri sunt empti à patre nomine filii, sed non traditi, non videtur donatio, et sic filius non haberet libros illos præcipuos. Item et si pater non dedisset libros ipsos, sed pecuniam ad eos emendos, quod idem erit, ut tales libri, sic ex illa pecunia empti, non conferantur; non enim videtur minor præsumptio donationis, quando datur filio pecunia, ut ipse suo nomine emat, quam si à patre nomine filii emptio facta sit, et traditio: et ita consuluit Cuma. consil. 40. Corneus consil. 225. col. 2. vol. 1. Decius in dict. l. *si donatione*, col. fin. licet Anton. de But. aliud voluerit consil. 59. Item pondera in hoc de libris istam legem Partitarum, cum dicit *para aprender*, et dicitam l. 3. cum dicit, *ex que aprendissee*, ex quibus colligitur, quod filius solum debet habere præcipuos libros datos ad addiscendum in studio, non vero libros ad hoc non necessarios. Unde si ultra libros ad hoc necessarios pater daret aliis libros, illi essent conferendi; in datis verò ad addiscendum, sive ad hoc fuissent empti, et traditi, sive pater e. s. aliis habens dedit filio, statim valet donatio, etiamsi filius sit in potestate: neque pater posset revocare, ut colligitur et dict. l. 3. in fin. quid aliis in hoc velint Bart. et Paul. de Castr. in dict. l. *filia cuius*, et Bald. in dict. l. *si donatione*, in fin. et sic quod approbetur per istas il. opinio Odofred. et aliorum, qui tenuerunt, quod libri dati filio scholarum, sint ipsius præcipui quasi sint in quasi castrensi pecunia; de aliis verò libris non necessariis ad addiscendum, licet fortè necessarii, vel utiles ad munus advocandi vel iudicandi, non tenentur donatio inter patrem et filium in potestate, nisi morte confirmetur; nisi pater dedisset eos filio jam doctore, quia tunc transiret donatio in peculium quasi castrense: et idem si postea efficeretur doctor vivo patre, secundum Bart. et Paul. ubi supra, et Decium in dict. l. *si donatione*, col. fin. ubi post aliquos alios hoc limitat, nisi resultaret magna inæqualitas inter fratres, quod quando sit, iudicis arbitrio committitur: et facit etiam ad hoc quod notat Angel. in l. *filia licet*, ad fin. C. *de collation.* ubi dicit, quod quando esset aliqua præsumptio, quod pater non haberet animum donandi, veluti, si ejus patrimonium non erat ita amplum, et habeat plures filios, et libri erant multi, et magno valoris, non est verisimile patrem voluisse depauperare alios, quibus opes magis necessarie sunt, quam studentibus, et sic tali casu libri essent conferendi: et nota quod his casibus, in quibus filius teneretur libros conferre, satis est, si pro libris conferat æstimationem librorum, secundum Bald. in l. *Macedoniani*, C. *ad Macedon.* per Gloss. in l. *Nepos Proculo*, D. *de verb. signific.* tradit etiam Decius in dict. l. *si donatione*, in fin. et voluit etiam Paul. in dict. l. *filia cuius*.

(6) *E las despensas*. Adde dictam l. 3. tit. 4. 5. *Partit.* et Bart. in l. 1. §. *neque castrense*, column. 4. vers. *quæro, hic loquitur*, ubi notabiliter dicit, quod si apud patrem esset pecunia castrensis vel quasi castrensis peculii, vel adventitia, ut bona materna existentia in pecunia, tunc in dubio de tali pecunia videtur datum, argumento l. *Ne-*

sennius, D. *de negot. gest.* subdit Bartolus et aliam rationem, dicens, præterea pater est legitimus administrator adventitiorum, ideò in dubio præsumitur facere administratorio nomine, l. *cum post*, §. 1. *de administr. tutor.* et ista ratio Bartoli videtur concludere, etiamsi filius non haberet pecuniam in bonis maternis: et facit ad hoc, quod notat idem Bart. in l. *Stichus*, D. *de pecul. legat.* et subdit Bart. non obstat l. fin. C. *de dotis promission.* quia illud in dote et donatione propter nuptias, ad quod onus pater tenetur, et cogitur l. *capite trigesimo*, D. *de ritu nuptiar.* sed ad expensas studii pater cogi non potest. Et ideò in dubio præsumendum est, expendere de bonis filii, allegat textum, quem dicit ad hoc videri expressum, in l. fin. D. *de petit. hæred.* Adverte tamen, quod istud, quod pater non tenetur, neque cogi possit ad expensas studii pro filio, limitari debet, præterquam in studiis necessariis, sine quibus homo secundum consuetudinem et conditionem suæ personæ vivere non potest, ut quod addiscat grammaticam, et similia, ad hoc etiam tenetur pater, velut ad impensam necessariam; secus autem in studiis in quibus homines dicuntur militare, et sine quibus quis potest honestè vivere secundum conditionem suæ personæ, quo casu procedit primum dictum; ita declarat Bart. in l. *de bonis*, §. *non solum*, D. *de Carbon. edict.* vide etiam per Lucam de Penna in l. 1. C. *qui ætate*, lib. 10. Item nota, quod si filius malè consumat, quod sibi datur in studio, vel pro libris, quod illa pecunia computabitur sibi in legitimam, secundum Bald. in authent. *quod locum*, col. 1. vers. *ultimò nota*, C. *de collat.* et tradit etiam Joan. de Plat. in l. *licet*, C. *de Decurion.* lib. 10. et Angel. in l. *filia licet*, C. *de collat.* de eo, qui miser, et ignorans in patriam redit; et adde Bald. in l. *si filius familias*, C. *famil. ercisc.* quod quando filius non studet, cum tunc libri non sint ejus arma, tunc iudicatur, ut simplex peculium. Et de obligationibus, quas filius fecit in studio, aut teneantur solvere fratres? Vide per Bald. in dict. §. *imputari*, et in l. *filia cuius*, col. 4. C. *famil. ercisc.* ubi post Bart. concludit, quod si factum est in vita patris tale debitum occasione studii, et est licitum, et honestum, quod fratres teneantur solvere de communi, per iura ibi allegata: et ibi vide, an filius possit perficere studium mortuo patre communibus expensis; et per Bart. in dict. §. *nec castrense*, col. fin. et adde Bart. in l. *Lucius*, §. *idem respondit*, D. *ad municip.* et Joan. de Plat. in l. unic. C. *de peric. success. parent.* lib. 10. et Alber. in l. *si filia*, §. *Neratius*, D. *famil. ercisc.*

(7) *Armar Cauallero*. Adde l. 1. §. *neque castrense*, D. *de collat. bonor.* et l. *si filius familias*, C. *famil. ercisc.*

(8) *Las otras cosas*. Vide in dict. l. *si filius*, et D. *de castrensi pecul.* per totum.

(9) *Que aprenden las sciencias*. Nota hic, cum æquiparat scholarum addiscentem militi armatæ militiæ, et facit pro dicto Odofredi quod supra retuli in glossa super parte *libros*: et nota hic, quod interest reipublicæ, quod civitas sapientibus hominibus repleatur, vide in *præmio Institut.* in fin. et l. *advocati*, C. *de advocat. diversor. judic.* et l. *laudabile*, et l. 1. C. *de stud. liberal. Urbis Romæ*, lib. 11.

LEY VI.—Como la dote, o el arra, que rescibe el padre por su hijo, o por su hija, non deue venir a particion entre los otros hermanos.

Dote, o arra seyendo dada de otri al padre (1) por razon de casamiento de su hijo, o de su hija (2), aquello que le fuesse dado en esta manera, en salvo finca al hijo, o a la hija, por quien fue dada, e non le pueden demandar parte della los otros hermanos, nin la deuen auer. E esto es, por el cargo que le finca de mantener el casamiento con aquella dote. E por tales bienes non es tenuto de partir el vn hermano con los otros. Mas si el padre diesse dote con su hija, o por su hijo, o fiziesse donacion, o arras a su muger, estonce deue ser guardado lo que diximos de suso en la ley que comienza: Todas las cosas (a). Otrosi dezimos, que si el hijo fiziere algunas debdas en vida del padre por su mandado (3), o que se tornaron en pro del, que tales debdas como essas deuen ser pagadas comunamente de los bienes de la heredad del padre. E aun dezimos, que si alguno de los herederos rescibiesse (4) los frutos de la

heredad, que tenudo es de los aduzir a particion entre los otros herederos. E si algunas despensas (5) fizo a pro de la heredad, o en coger los frutos, deue ser entregado dellos; e lo al que finca deuen partir entre si, como dicho auemos.

(a) Que es la L. 3 de este titulo.

LEX VI.—Non tenetur filius dotem, aut donationem propter nuptias in ejus matrimonio patri per extraneum datam conferre: et antea deducatur de communi debita filii in patris utilitate contracta: et etiam expensæ causa prædiorum aut fructuum factæ, sunt inter fratres communiter dividendæ. Hoc dicit.

(1) *Al padre*. Etsi habeat filium in potestate.

(2) *O de su hija*. Concordat cum l. *si filia nupta*, §. *hoc amplius*, et cum l. *si maritus*, in fin. et l. *suus qui*, in princ. D. *famil. ercisc.* et adde quod notat Specul. tit. *de judic.* §. *sequitur*, vers. *quid si communione manente*, et l. *uxor*, C. *de famil. ercisc.* et Bald. novell. in tractat. *de dote*, fol. 33. col. 4. in 50. et 51. privileg.

(3) *Por su mandado*. Concordat cum l. *si filia*, §. *si filius familias*, D. *famil. ercisc.* et cum dictis Azon. C. eod. in summa, col. 4. vers. *item debita*.

(4) *Rescibiesse*. Sive eos percipiat post aditam hæreditatem, sive antea, ut in l. *inter cohæredes*, §. *fructus*, D. *famil. ercisc.* et l. *non est ambiguum*, C. eod. et l. *item ex diverso*, D. eod.

(5) *Despensas*. Concordat cum l. *his consequenter*, §. *sumptum*, D. *famil. ercisc.* et l. *hæredes*, §. *si unus*, D. eod.

LEY VII.—Quales de los herederos deuen tener los preuillejos, e las cartas de la herencia, quando el testador non lo ouiesse mandado (a).

Preuillejos, o cartas seyendo falladas en los bienes del finado, si los herederos fueren muchos, aquel las deue tomar en fieldad, que mayor parte (1) ouiere en la herencia. E otrosi deue dar traslado dellas a los otros herederos, e mostrarles el original dellas, quando menester les fuere. E si los herederos fueren eguales en las partes de la herencia, aquel las deue tomar en fieldad, que fuere mas honrrado (2), e mas anciano (3), e de mejor fama. Pero si muger fuere entre ellos, maguer sea mas honrrada, e de mas alto lugar que los varones, por esso non las deue ella tomar, mas alguno de los varones. E si fueren eguals en las partes de la heredad, e en honrra, e en las otras cosas, estonce deuen echar suertes, qual dellos las tenga; e aquel a quien cayere la suerte, las tenga, e de traslado dellas a los otros, segund que es sobredicho. E si acaesciere, que se non acuerden en fazer esto, estonce dezimos, que las deuen meter en fieldad en Sacristania de alguna Iglesia (b), que las guarden fasta que sean auenidos.

(a) L. 10, tit. 3, lib. 3 del F. J.

(b) Hoy se depositan en poder de alguna persona de confianza para los coherederos y coligantes, ó en alguna escribanía ú otro archivo público.

LEX VII.—Non dividantur instrumenta hæreditaria, sed sint apud hæredem majoris partis, et det cæteris copiam: sed si sunt æquales, teneat ea honoratior, et antiquior, et melioris famæ, nisi sit fœmina, cui etiam nobiliori præfertur masculus: si autem in omnibus sunt æquales, sorte dirimatur, aut donec concordent, deponantur. Hoc dicit.

(1) *Que mayor parte*. Concordat cum l. *si quæ sunt cautiones*, D. *famil. ercisc.* et cum notatis per Azon. C. eod. in summa, col. 3. vers. *item veniunt tabulæ, vel cautiones*. Si autem alicui hæredum prælegatæ sint cautiones, vel instrumenta, tunc traduntur ei; sed non

priusquam hæredes descripserint, et cavebit hic prælegatarius, ut quoties desideratæ fuerint rationes, fiet copia illarum, l. Pomponius, D. eod. et infra l. proxima.

(2) *Mas honrado.* Nota hic de digniori præferendo, adde l. *procurator. C. de edend.* ubi Baldus dicit, quod in his, quæ jam essent ordinata, superveniens dignitas nihil operaretur, et allegat ibi bonas leges; si tamen dignior factus esset postea vilior propter maleficium, instrumenta essent eidem auferenda, et deponenda penes digniorem, quia instrumenta penes vilem personam non debent stare, elideretur enim ex hoc virtus instrumenti, vide ibi per eum. Et quid si magis dignus et idoneus, penes quem sunt deposita instrumenta, moriatur, an auferri debeant ejus hæredi, ut dicitur altero magis idoneo, quam sit illis hæres Florian. movet quæstionem in dict. l. *si quæ sunt*, et relinquunt cogitandum: et fortè ex dictis Baldi ubi supra, videtur decidit, quod non, nisi tales hæres sit factus vilis propter maleficium. Et dominus habens directum dominium censetur dignior, quam habens utile, ut tradit Bald. in l. 2. col. 1. in 2. lectur. *C. de jure emphyteut.* Ille etiam debet prius suum votum deponere, qui est dignior, ut habetur in Ecclesiastico: *loquere major natu, decet enim te primum verbum*, et tradit Bald. in cap. 1. *de contro. feud. apud pares term.* et videbis in hoc decisionem primam in decisionem Neapolitan. Mathæi de Afflict. ubi facit mentionem de isto dicto Baldi, ubi tradit, quod senior debet ultimo votare: et adde, quæ tradit Specul. tit. *de advocat. § jam nunc videndum.* vers. *juniores tamen*, et in tit. *de disputatione.* et allegat *advocat. § post hoc*, in fin. Quid autem de instrumentis rei legatæ, an adhuc debeant remanere penes hæredem, vel tradi debeant legatario, vide in l. *instrumenta. C. de fideicom.* et Baldum in l. *si prædiorum. C. ad leg. Falcid.* ubi dicit, quod remanere debeant penes hæredem originalia, per dict. l. *instrumenta*, nisi tota res sit legata, quia tunc etiam originalia debentur accessorie, allegat Specul. tit. *de instrument. edition.* §. *nunc aliqua*, vers. *sed queritur*.

(3) *Mas anciano.* Concordat cum l. fin. D. *de fide instrum.* et de qua sumpta fuit ista lex: et pondera cum dicit seniorem et honorabiliorem, nam tunc senior præfertur cum cætera sunt paria; si enim constaret de alterius pleniore fide vel virtute, tunc major ætas vel annorum numerus non esset attendendus, sed eligeretur habens majorem fidem vel virtutem, in authent. *de monach.* §. fin. et l. *potioris. C. de offic. rector. provinc.* Item etsi non constet de alterius pleniore fide, si tamen ætas unius est magis apta nature rei, de qua agitur, ille præfertur, l. *præcipiant. D. de adilit. edict. l. ob carmen.* §. fin. *de testib.* et Florian. in dict. l. fin. et nota hic de prærogativa seniorum, et adde, quod ad seniorem pertinet convocatio capituli, ubi non est alius deputatus, secundum Innoc. in cap. 1. *de majorit. et obed.* et vide Archidiacon. in cap. *Domino sancto.* 50. dist. et dicit Bald. in §. *præterea ducatus, de prohib. feud. alien. per Freder.* quod si dominus feudi decedit pluribus filiis relictis, quod ipsi inter se ordinabunt, cui eorum præstetur fidelitas, et si non ordinant, quod vel vassallus possit eligere, cui præstet, secundum quosdam, vel secundum eum, quod facit fidelitatem antiquiori, per textum in dict. l. fin. D. *de fide instrum.* et per notata per Innoc. ubi supra. Item in beneficiis conferendis præferendus est senior, ut tradit Barbat. consil. 25. *scriptis Psalmista.* 1. vol. Rochus in tractat. *de jur. patronat.* fol. 8. col. 5. ubi etiam allegat quoddam consilium Baldi. Et ubi duo præsentarentur ad regimen hospitalis, senior in dubio esset præferendus; ut tradit Rochus in eod. tractat. fol. 19. col. 1. allegans Baldum in dict. consil. *quod inveniens.* 4. volum. secundum noviore impressionem, consil. 167. incipit, *ordinatio testamenti*, et claves custodiæ debent esse penes sen orem, l. *cum pater.* §. *pater pluribus.* D. *de legat. 2.* et ubi sunt duo extrema, et dubitatur de medio, cui extremorum debeat applicari, vel à quo denominari, applicari debet, et denominari à vetustiori, tanquam à nobiliori, l. *in finalibus.* ubi Florian. D. *finium regundor.*

LEY VIII.—Como, aquel que tiene los preuillejos, e las cartas de la herencia por mandado del testador, los deve mostrar a los otros cada que les fuer menester (a).

Mandando el fazedor del testamento señaladamente a alguno de los herederos (1), que el tenga en su poder, e en guarda, los prenillejos, e las cartas de las co-

sas de su herencia; dezimos, que en ante que sea entregado de tal manda, deve dar traslado a los otros, que son herederos escritos en el testamento con el. E otrosi les ha de dar recabdo (b), que cada que menester ouieren el original de aquel preuillejo, o de aquella carta, para mostrarlo en juyzio, o fuera de pleyto, que lo muestre. E aun dezimos, que si fizesse manda el testador a alguno de los herederos apartadamente, de algund sieruo (c) que ouiesse seydo su mayordomo (2), e que ouiesse tenido en su poder los escritos de las rentas, e de las despensas de los bienes del finado, non deve ser entregado del sieruo aquel a quien es mandado, fasta que de cuenta (3) a los otros herederos, de todas las cosas que touo en su poder.

(a) L. 10, tit. 5, lib. 5, del F. J.—LL. 12 y 13, tit. 4, lib. 3 del F. R.

(b) Caucion ó fianza.

(c) Respecto á la esclavitud, puede verse nuestra nota 1.ª á la L. 6, tit. 4 de esta Partida.

LEY VIII.—Si testator jussit penes aliquem hæredem instrumenta esse, prius debet cæteris copiam dare, et cavere de edendo originale, si opus fuerit. Item servo administratore cohæredi prælegato, prius est cæteris reddenda administrationis ratio, quam cohæredi servus tradatur. Hoc dicit.

(1) *Alguno de los herederos.* Concordat cum l. Pomponius, D. *famil. ercis.*

(2) *Mayordomo.* Adde dict. l. Pomponius, in princ.

(3) *Fasta que de cuenta.* Infert ex hoc Florian. in dict. l. Pomponius, in princ. quod si testator legavit ancillam, quæ texebat telam, vel hanchale, vel quid simile, quod hæres non teneatur illam tradere legatario ante illud opus completum, et quod cum ista redditio rationis retardet istam præstationem, debeat etiam retardare executionem personalem in talem actorem; et facit etiam l. *cum servo.* D. *de condition. et demonstrat.* et in cap. 1. *de oblig. ad ratiocin.* et adde quod notat Bald. in l. 1. C. *de servo commun. manum.* et Joan. de Plat. in l. 1. C. *de reis postulat.* lib. 10.

LEY IX.—Quando la particion es fecha delante del Juez, o por su mandado, como deuen dar recabdo los unos a los otros, de fazer sanas las cosas que cupieren en parte a cada vno (a).

Por fazer particion de los bienes que han en vno los herederos viniendo delante del Judgador, develes de su oficio (b) mandar, despues que la particion es fecha, que den recabdo (c) (1) los vnos a los otros, que si alguno otro estraño demandasse despues alguna cosa de las que cayessen en parte a alguno dellos, mostrando que ha derecho de la auer, toda, o parte della, que si le venciere por juyzio, los otros herederos sean tenudos de fazerle emienda de aquello que assi perdia. Pero si el padre, o el testador, partiesse el mismo (2) la heredad en su vida entre los herederos a su finamiento, si despues que el finasse, venciessen alguno dellos de juyzio alguna de las cosas que le vinieron en su parte, estonce los otros herederos non serian tenudos de fazerle emienda ninguna.

(a) LL. 12 y 13, tit. 4, lib. 3 del F. R.

(b) Por estas palabras non debe entenderse que el juez tenga obligacion de proveer *auto de oficio* mandando prestar la fianza, pues en los negocios civiles siempre obra el juez á instancia de parte.

(c) Caucion ó fianza.

LEY IX.—Facta judicialiter hereditatis divisione, judex faciat cohæredes ad invicem de evictione promittere: sed si à patre vel testa-

ture sit facta divisio, non tenetur unus alteri re suæ partis evicta. Hoc dicit.

(1) *Que den recabdo.* Concordat cum l. hæredes, §. *item curare.* D. *famil. ercisc.* et licet ista cautio non præstetur, adhuc agetur de evictione, ut tenet Azon. C. eod. in summa, col. fin. vers. *est autem judicis officium*, et Gloss. in dict. §. *item curare*, et probatur in l. *si familia.* C. eod. ubi vide glossam netabilem in ista materia, et Decium consil. 411.

(2) *Partiesse el mismo.* Ortum habet à l. *cum pater.* §. *evictis.* D. *de legat. 2.* et limita, nisi respectu legitimæ, per l. *scimus.* in princ. C. *de inoffic. testam.* et notat Alberic. in dict. l. *hæredes.* in §. *nihil.* et in dict. *item jurare*; et vide circa istam divisionem, quæ fit à testatore, Bartolum in l. *qui Romæ.* §. *duo fratres.* in fin. *question. D. de verbor. obligat.* Limita et istam l. et dictum §. *evictis.* in re per testatorem possessa; secus vero si non esset possessa, ut vult Bart. in dict. §. *evictis.* dum respondet ad l. *cum alienam.* in fin. C. *de legat.* Limita etiam hoc habere locum, nisi constaret de voluntate testatoris fuisse, quod æqualitas esset inter hæredes servanda, ut tradit Decius consil. 349. incipit, *consuluit excellentissimus.* in 2. dubio.

LEY X.—Que poderio ha el Juez, ante que vienen a pleyto los herederos en razon de la particion (a).

Poderio ha el Juez ante quien pidieren la particion los herederos, de la mandar fazer en la manera que el entendiere que sera mas guisada (1), e mas a pro dellos. E porende, quando el viesse que alguna casa, o viña (2) que deuia ser partida entre ellos, se menoscabaria mucho (3) por fazer muchas partes della, bien puede mandar que la aya toda el uno, o los dos (4). E puede fazer obligar, a aquel, o aquellos que la ouieren, que den por su parte a cada vno de los otros tantos maravedis, quanto el asmare (5) que podrian valer las sus partes, que auian en aquella casa, o en aquella viña, si partida fuesse. Esso mismo deve fazer en las cosas que son atales, que se non pueden partir segund natura guisadamente, assi como cauallo, o otra bestia; ca deuelo apreciar, quanto vale, e darlo al vno, e mandarle, que segund aquel apreciamiento, que de su parte a cada vno de los otros en dineros; e los herederos son tenudos de fazer lo que les el Juez mandare en esta razon. Otrosi dezimos, que leuantandose desacuerdo entre los herederos, o entre los otros con quien ouiessem sus heredades vezinas, sobre los mojones, o los terminos de algun campo, o de otra heredad (6) de la herencia, de manera, que se non puedan auenir a partirlo; estonce, para toller tal desacuerdo, deve el Juez yr a aquel campo, o aquella heredad, e ver (7) que es aquello sobre que se desacuerdan. E si fallare y mojones antiguos (8), por que lo pueda determinar, deve y fazer aquello que entendiere que sera mas aguisado, por que cada vno aya su derecho: e si los mojones, o los terminos, fueren entremezclados, de guisa, quel mojon, o el termino de la heredad del vno entre en la del otro, si por aquella entrada puede nacer contienda entre ellos, estonce deve mandar mudar los mojones, e ponerlos de manera, que aquella contienda pueda ser tollida. E deve condenar a aquel a quien acresciere en la su heredad por razon del mudamiento de los mojones, que de al otro tantos maravedis, quantos entendiere que vale la tierra que le toma por endereçar los mojones (9): e los herederos, e los otros que vienen a la particion, deuen obedecer al Juez en estas cosas sobredichas; e a los

que lo non fizesse, puedeles poner pena de pecho segund su aluedrio, fasta que gelo faga fazer.

(a) LL. 2, 8, 12 y 13, tit. 4, lib. 3 del F. R.

LEX FINALIS.—Judex tenetur interponere vices suas inter cohæredes discordantes ad invicem, ut commodè et sine damno fiat divisio. Item orta quæstione de confinibus, vadat ibi judex, et si potest per antiquos limites determinare, bene quidem; aliàs novos limites fieri mandet, et parti non obedenti pœnam arbitrariam apponat. Hoc dicit.

(1) *Mas guisada.* Concordat cum l. *item Labeo.* §. 1. et cum l. antepenult. D. *famil. ercisc.* et cum §. *si familia.* Institut. *de offic. judic.* unde et adjudicare posset judex vni proprietatem, alteri usum fructum, l. *si quis putans.* §. *officio.* D. *commun. dividum.* quod dicit notabile Azon. C. *famil. ercisc.* in summa, col. fin. vers. *item, quod notabile est.* et semper intellige existente justa causa, ut subjicit ista lex: et Glossa invenit contra malevolos et pessimos hæredes, qui livore moti volunt hæreditarias possessiones dividit per sulcos, vel particas; non enim debet fieri divisio, ita ut patrimonium corruptur, vide Gloss. in l. 2. C. *quando et quibus quarta pars.* lib. 10.

(2) *Casa, o viña.* A fortiori si sit equus, vel bos, secundum Odo-fred. et Florian. in dict. l. antepenult. et habes infra in ista lege; Florian. ubi supra, idem de navi dicit, reprehensum factum Fabii Labeonis, qui cum à Rege Antiocho, quem bello superaverat, ex federe acto deberet accipere dimidiam partem navium, medias omnes secuisse fertur, ut cum tota clase privaret, ut refert ad hoc Valerium.

(3) *Mucho.* Nota hoc, et facit l. *nam et si fur.* in fin. et quæ ibi notantur per Gloss. et Doctor. D. *si cert. petat.* et illa res non dicitur posse dividi, quæ si divideretur, esset cum deterioratione, ut hic, et tradit Bald. in l. *sancimus.* in fine, in princ. C. *de donation.*

(4) *O los dos.* Concordat cum juribus, de quibus in glos. 1. cum l. 1. et l. *ad officium.* C. *commun. divid.* et cum §. *quædam.* Institut. *de action.* et intellige, quod illi vel illis est per judicem adjudicanda, qui vicerint in licitatione, ut in dict. l. 1. et l. *ad officium* et debet tota res æstimari et licitari, ut in l. *Mævius.* §. fin. D. *famil. ercisc.* et notat Glossa in dict. l. 1. C. *commun. divid.* cum enim res commodè dividi non potest, veniendum est ad licitationem, ut in dict. l. 1. et l. *ad officium.* Dicit tamen Bald. in l. *sancimus.* in princ. circa fin. C. *de donat.* quod si tu et ego habemus commune hospitium, et non potest commodè dividi, quod judex debet deferre licitationem habenti majorem partem, quia aliquid debet operari major pars. Et adverte quia Jason. in §. *quædam Institut. de action.* 8. versic. *dicebat tamen singulariter Baldus,* aliter refert istud dictum Baldi, scilicet quod Baldus velit, quod si in licitatione rei, quæ non potest commodè dividi, consortes sunt pares, quia neuter offert majus pretium altero, quod hoc casu præferatur habens majorem partem; quod (licet secundum eum Baldus aperte non dicat) placet Jasoni, per textum in dict. l. *sancimus.* in princ. et per ea quæ notat Baldus post Gloss. in l. fin. C. *commun. divid.* certè Baldus non dicit, quod à Jasone refertur, sed prout retuli superius, et sic quod habens majorem partem sit primus, qui licitet; et si habens minorem, plus non offerat, res maneat apud habentem majorem partem licitantem; quod tamen satis in idem recidit cum intellectu Jasonis. Admittitur aliquando tertius ad licitationem ex causa, secundum quod habetur in dict. l. *ad officium.* Quid tamen si talis tertius sit annosus plus offerens, quam res valeat? Vide per Bald. in dict. l. *ad officium.* et per Jason. in dict. §. *quædam.* et per Angel. et Imol. in l. *qui Romæ.* §. *cohæredes.* D. *de verbor. oblig.*

(5) *Quanto el asmare.* Hoc procederet, quando cohæredes, vel consocii non essent concordés in licitando, tunc enim æstimatio rei fit judicantis arbitrio, vel per peritos in arte electos per judicem, ut declarat Angel. in l. 2. C. *commun. divid.* ad fin.

(6) *Campo, o de otra heredad.* De rustica intellige, nam inter prædia urbana non datur hoc judicium finium regundorum, l. 4. §. *hoc judicium.* D. *finium regundor.*

(7) *E ver.* Concordat cum l. *si irruptione.* in princ. et §. *ad officium.* D. *finium regundor.* et nota de visione judicis oculari, quæ confert in multis, de quibus per Alber. in dict. §. *ad officium.*

(8) *Mojones antiguos.* Concordat cum l. *in finalibus.* D. *finium regund.* et standum est finibus antiquis, nisi moveri prohibentur, ut hic, et in dict. l. *in finalibus.* et l. 2. et ibi Bald. C. *finium regund.* ubi